



Specimen Continens Capvt Ivris Controversvm De Vi Confessionis Extra Iudicivm

Lipsiae: Ex Officina Langenhemia, [1768]


<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1858523583>


Druck Freier  Zugang





K.K. - 1 (8.)





5.
S P E C I M E N
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
VI CONFSSIONIS
EXTRA IVDICIVM

Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO
DIE XII. OCTOBR. ANNO MDCCCCLXVIII.
PVBLICE DEFENDET
CAROLVS GOTTLIEB MIETH
KOENIGSHAYN. LVSAT.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPUT IVRIS CONTROVERSVM
DE
VI CONFESSIONIS
EXTRA IUDICIUM

AVCTORIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P. R. A. S. I. D. E.
D. CHRISTIANO HENR. BRVNING
PROFESSOR PVBLCI ORDINIS IUR NAT. ET GENIT.

IN AVCTORIO BERLINO
DIE XII OCTOB. ANNO MDCCCXXIII
PVBLCI DETENTIT
CAROLVS GOTTLIEB MITH

L. P. S. I. A. E.
EX OFFICINA LANGENH. N.

GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
ADOLPHO TRAVGOTT
DE GERSDORFF

DOMINO HEREDITARIO IN MEFFERSDORF
WIEGANDSTHAL SCHWERDTE VOLKERSDORF
BERGSTRASSE

CAET. CAET.

DOMINO GRATIOSISSIMO

GENEROSSIMO DOMINO

DOMINO

ADOLPHO TRAVAGOTT
DE GERSDORFF

DOMINO HEREDITARIO IN MEFFERSDORFF

WIEGANDSTRASSE SCHWERDTE VOLKERSDORFF

1780 STRASSE

1780

DOMINO GRATIOSISSIMO

GENEROSISSIMO DOMINO

DOMINO

ADOLPHO GOTTLOB
DE SCHACHMANN

DOMINO HEREDITARIO
IN KOENIGSHAYN ET
OBER-LINDE

DOMINO GRATIOSISSIMO

GENEROSSIMO DOMINO

DOMINO

ADOLPHO GOTTLIB

DE SCHACHMANN

DOMINO HEREDITARIO

IN KÖNIGSHAYN ET

OBER-LINDE

DOMINO GRATIOSISSIMO

HAS
STVDIORVM SVORVM
PRIMITIAS
IN
SIGNVM SVBMISSAE
GRATITVDINIS
OB
BENEFICIORVM ET MVLTITVDINEM
ET
MAGNITVDINEM
EA
QVA DECET
ANIMI DEVOTIONE
D. D. D.

CAROLVS GOTTLIEB MIETH
RESPONDENS.

HAS
STVDIORVM SVORVM
PRIMITIAS
IN
SIGNVM SVBMISSAE
GRATITVDINIS
OB
BENEFICIORVM ET VILTITVDINEM
ET
MAGNITVDINEM
EA
QVA DECEIT
ANIMI DEVOTIONE
D. D. D.

CAROLVS GOTTFRID MERTH
RESPONDENS



DE
VI CONFSSIONIS
EXTRA IUDICIUM.



§. I.
Neminem condemnari posse constat, nisi
vel probationibus absolutis sit *convictus*,
vel veritatem obligationis *confessus*, quod
in *criminalibus* causis aequè observatur at-
que in *ciuilibus*. Haec vero confessio
nihil aliud est, *quam assertio legitima atque seria eius*,
quod confitenti imputatur, quae *vera* est, quod si vero
lex iubeat, vt pro adserente habeatur, quamvis non ad-
serat, nec tamen contradicat, *ficta* confessio dicitur,
quae in ciuilibus haud raro condemnationem operatur,

A 2

non

non aequè in criminalibus. Vera confessio vero vel in iudicio fit, siue fiat in ipsa lite, siue extra litem in vim promissi maiorem interposita iudicis fide, vel extra iudicium inter priuatos. De hac confessione eiusque effectibus et vi quidquam breuiter sumus dicturi, non repetitis iis, quae a STRVVIO *Exercit. XLIV. th. 25.* et LVDOVICI in *Vsupract. distinct. b. t. dist. II.* disputata sunt et aliis.

§. II.

Confessionem debitae obligationis vel iuris alterius competentis fieri posse non quidem negamus; at vero videndum est, an si facta sit, eundem producat effectum, quem confessio in iudicio facta, producat. Plerumque formant regulam, *nullam esse differentiam inter confessionem illam, quae in iudicio fit, eamque quae fit extra iudicium, nisi quod illa facilius probari possit, quam haec.* Sed an vera sit haec regula, mihi quidem valde dubium videtur. Nam si de confessione iudiciali sermo est, non est, vt de probatione faciliori cogitemus, Si enim hoc sit iudicis officium, vt litem controuersiamque secundum ius legesque decidat, ante omnia de causa, super quam lis mota est, certus reddi debet. Haec vero certioratio fit, si vel ipse pars, quae obligata dicitur, confitetur, vel, si inficietur, probationum medio certior redditur iudex. Non ergo sumus solliciti, vt eam, quae in iudicio fit, confessionem probemus; sed sufficit iudici, confessum fuisse reum. Originem vero haec regula habet ex accedenti. Cum enim in iudiciis hodiernis moris sit, vt lites amplissimis voluminibus a iudice
atque



atque vtraque parte litigante conscriptis gerantur, utique verum est ex consignatione vel registratura legitime conscripta in iudicio a persona iurata ex actis quemlibet de confessione certum fieri posse, sed quis ad essentiam litis et iudicii scripturam exigat? Haec potius idea mihi videtur recepta, ut inspectis cognitisque actis iudex maiori atque accuratori iudicio possit perspicere partium iura, qui, si ore tantum proposita, facile quid, quod ad causae decisionem multum conferret, posset non attendere. Quid ergo? Si actor reum coram iudicio conveniat, in quo ore res tractantur, reus interrogatus confiteatur, se debere: quid obstat, quo minus iudex, qui certus est factus confessione rei, sententiam statim condemnatoriam ferre possit. Non ergo facilior probatio hic aliquid confert ad sententiam ferendam, quae tamen quodammodo finis est iudicii.

§. III.

At vero confessio extrajudicialis tantam habere haud potest vim, quantam iudicialia. Nam ex hac iudex de existentia obligationis certior non redditur, nisi prius praecedat probatio et hac praecedente, nihil efficitur, quam alterum affirmasse suam obligationem. Aliud vero est ipsam probare obligationem, aliud obligationis adfertum. Quare requirunt Pragmatici in extrajudiciali confessione, ut 1) serio facta sit, 2) ex causa 3) de facto proprio 4) in confitentis praesudicium. Sed haec ipsa requisita prius probanda, quam ipsa probata confessio effectum habere possit. Quoties enim contingit, ut extra iudicium aliquid fateamur, non ea in-

tentio-



rentione, quali obligationem afferere velimus, sed, ne cum altero in litem et iurgium veniamus, relicturi obligationis valorem accuratori iudicis aliquando cognitioni, quippe nulla adest obligatio extra iudicium fateri. Hinc vel ex hoc patet, vix quidquam praeter praesumptionem, tuto ex illa extrajudiciali confessione dein probata desumi posse. Sed paulo curatius haec examinemus.

§. IV.

Si extrajudiciali confessioni effectus tribuendus sit, requirunt ut illa serio facta sit. Sed quis non videt, haec ad animi interni determinationes pertinere. Serium enim dicimus, si animi intentio cum verbis et declaratione exacte convenit. Concedo quidem hanc animi intentionem posse interdum conici in rebus agendis, at, an in confessione aequae procedat, rarius eveniet, quippe simulationi atque dissimulationi locus facilius tunc est, ubi vere nihil agimus. Fac Titium me monere de soluendo, fac me rogare, ut moram concedat solutioni: quis, quo id animo faciam, sciat? Confiteor me debere, sed an serio confitear, an vero ex dissimulatione aliqua, vix probari poterit, nisi praesumamus ex circumpositis rationibus, serio tractatam rem fuisse. Ex hac ratione confessionis essentialis non probatur, sed ex probatione praesumitur.

§. V.

Dein MENKENIVS in Theor. et Prax. Pand. L. XXII. Tit. II. §. V. distinguit in confessionem extrajudicialem

diciali, quae ab aduersario acceptata est, et eam, quae acceptata non est. De illa adfirmat, plene probare, cum transeat in promissum. Haec ita intelligo: confessionem illam acceptatam non contradicente confitente, si exactissime probetur, operari non minus sententiam condemnatoriam, ac confessio iudicialis, quippe reiteratio quasi prioris promissi, seu potius constitutum habendum. Sed tunc non est confessio extraiudicialis pure talis: et cedo. At vero, si acceptata non sit, MENKENIUS eidem semiplenae probationis effectus tribuit, si vel documentis vel testibus iudici haec confessio facta probetur, quam sententiam comprobant iudicato Ordo ICTorum Lipsi, eodem teste. Sane haec tolerabilior videri quidem potest sententia, quod non omnis effectus aequalis cum confessione in iudicio facta eidem tribuatur; at in eo adhuc haereo, cum vis semiplenae probationis haec sit, ut in supplementum iuratur, ipse actor necessario hoc quoque themate iurare deberet. Iurandum vero absque dubio esset, *serio* alterum confessum esse obligationem. Sic vero iuraret de alterius intentione, quam liquido scire nequit.

§. VI.

Hinc aliter in foro criminali sentiunt ICTi, scilicet probatam confessionem extraiudicium factam, nihil efficere nisi indicium ad torturam, ut recte monet BOEHMERVS *ad Pandect. L. XLII. Tit. II. §. II.* si persona aliis praesumptionibus suspecta sit. Quare putauerim si confessionem extraiudicium ex causa factam probare possimus,



simus, quae non inducat reiteratam promissionem h. e. quae ab aduersario acceptata non sit, nunquam effectum confessionis iu iudicio factae habere debere, sed tantum grauare posse confitentem etiam in ciuilibus, vt contra eum praesumatur, donec se liberauerit ab hac praesumptione, vel, si ad contrariam probationem sese offerat, vel purgatione iureiurando facta, scil. se serio confessum extraiudicium non esse. Haec ita iudicamus, vbi tamen ex circumstantibus causis haud raro decisio simul petenda.

At vero, si acceptata non sit, nunquam effectum confessionis iudicij habere debere, sed tantum grauare posse confitentem etiam in ciuilibus, vt contra eum praesumatur, donec se liberauerit ab hac praesumptione, vel, si ad contrariam probationem sese offerat, vel purgatione iureiurando facta, scil. se serio confessum extraiudicium non esse. Haec ita iudicamus, vbi tamen ex circumstantibus causis haud raro decisio simul petenda.

T A N T V M.



